

An Constitutio pro Oratione quadraginta Horarum Romae jussu Clementis XI. edita, etiam extra Urbem servari possit ac debeat? responsum fuit: *praedictam Instructionem extra Urbem non obligare, laudandos tamen qui se illi conformare student, nisi aliud ab Ordinariis Locorum statuatur.* Dicam ulterius, si introspectur mens S. C. latens sub verbis illis: *excepto tempore expositionis quadraginta Horarum*, ea esse videtur, ut maxime convenire credat et exoptet, quod ubique praescriptum Clementinae Instructionis, saltem quoad Imagines velo tegendas tempore Orationis 40 hb. servetur, omnem, quae dirimit controversiam, est formula responsionis, quae incipit: *In casu, de quo agitur: quae dictio initio Orationis evincit, decretum coarctari ad unam speciem propositam, nec ulterius progredi, quamobrem minime adversatur alteri supra relato Anni 1749.*

Imago animae in purgatorio non debet apponi cor. SSmo. expos. Vd.: Instr. Clem. §. IV. n. 6.

20) Veneratio.

Vd.: *Imago* (expositio); *Reliquiae* (superimpon. tabern. n. 4578 nota); *Imago Titularis.*

IMMACULATA.

(*In Lytan. B. M. V.*)

Vd.: *Lytaniae B. V. M.* (add. licita; decr. n. 4339.)

IMMACULATA CONCEPTIO B. V. M.*)

1) Dies fest. privilegiatus.

Urbanus PP. Octavus

Cum Administratores Ecclesiae et Hospitalis s. Jacobi Nationis Hispanorum

*) Vd.: *Breve Pii V. die 30. Novb. 1570* de prohibitionem disputandi in publ. praed-

niorum de Urbe cupiant festum immac. Concept. B. V. M., quod quandoque in 2. dom. Adv. incidit, sub ritu dupl. I. cl. celebrare posse, Nos, piis dictorum Administr. votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, annuere illosque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdictionis altisque eccles. sententiis, censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequ. harum serie absolventis et absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eis-

dicationibus de Concept. B. M. V. aut de ea vulgari sermone scribendi vel dictandi. (Bull. rom. tom. II. p. 343 ed. Luxemb. 1727.)

Breve Pauli V. die 6. Jul. 1616. (Ibid. t. III. p. 391), et *12. Sept. 1617* (ibid. p. 400); *Breve Gregorii XV. die 24. Jun. et 28. Jul. 1622* (ibid. p. 477).

Breve Alexd. VII. de die 8. Decemb. 1661 in Bullar. mag. rom. tom. VI. p. 152, quod continet innovationem constitutionum et decretorum de hac re editorum.

Presbyteri Societ. Jesu jam ex indulto die 17. Sept. 1667 (Clem. IX.) off. et missam Concep. imm. B. V. M. cum oct. de praeepto celebrarunt.

Anno 1667, 21. Octbr. promulgata est Constitutio Clem. IX., ut off. et missa Concep. immac. B. V. M. cum oct. in Urbe ac universa S. R. E. temporali ditione de praeepto recitetur. (Bull. mag. tom. VI. p. 254). Idem Indultum concedit Clem. IX. *Fratribus Ord. Eremitarum s. Augustini* die 31. Oct. 1667. (Ibidem p. 355). *Constitut. Imoc. XII. die 15. Maji 1693, ut Off. de imm. Concep. B. V. M. ubique terr. cum octava recitetur* ab omnib. Christif. tam saec. quam regul. utriusque sexus. (Ibid. t. VII. p. 219); *Constitut. Clem. XI. die 6. Decb. 1708, ut immac. Conc. B. V. M. de praeepto ubique observetur* (Ibid. t. VIII. p. 59).

dem Administr. nunc et pro tempore existentibus, quod de caetero in dicta Ecclesia festum immac. Conc. B. V. M. etiam ipsa 2. dom. Adv., cum in illam inciderit, sub ritu dupl. I. cl. juxta rubr. Miss. et Brev. rom. celebrare libere et licite valeant, cum hoc tamen, quod in missis tam priv. quam sol. et in utrisque vesp. fiat comm. de fer. curr. et cum in dom. inciderit, de ipsa dom., cujus etiam Evang. legatur in fine, ap. auctoritate tenore praesentium licentiam concedimus et impartimur.

Non obstantibus constitut. et ordinat. ap. ac, quatenus opus sit, dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione ap. vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis quibuscunque.

Dat. Romae ap. s. Mar. Maj. sub Annulo Pisc. die 26. Novemb. 1631 Pontif. Nostro Anno IX.

Vd.: *Immac. Conc. B. V. M.* (Transl.) *De Celebratione festi Concept. B. V. M. per Capellam pontificiam in Basilica s. Mariae Majoris*, vd.: *Constitut. Bened. XIV. die 26. Novb. (3. Decb.) 1742.* (Bull. r. t. XVI. p. 283.)

2) Hymnus.

Ad dubium Benedict. Einsidl: an infra octavam immac. Concept. B. V. M. in dominica 2. vel 3. Adventus etiam in hymnis dominicae: *Conditor alme* etc. sit dicenda clausula: *Gloria tibi etc. vel: Laus, honor etc.*? S. C. resp.: Omnes hymni terminentur: *Gloria tibi Dom., qui natus etc.* n. 4044 (*Alia dubia*) dub. 12. die 5. Maji 1736.

3) Officium.

Ad dubium: 1. An Magister Gen. Ord. Praedicatorum potuerit absque consensu Capituli Gen. et Superiorum inferiorum Ord. ejusdem legitime ob-

tinere a S. S. et acceptare pro toto Ord. Octavam solemnem in Festo Concept. B. M. V. et additionem particulae: *Et Te in Conceptione Immaculata* apponendam Praefationi Missae Conceptionis, non obstante quod in aliquo Capitulo Gen. Ord. antedicti (ut asseritur) praescribatur nullum novum Officium posse acceptari in Ordine, nisi a Capitulo Gen.? Et quatenus possit,

2. An ea facultas obtinendi et acceptandi, de qua supra, ita conveniat Superiori Gen., ut non indigeat consensu Capituli gen., etiamsi aliquandiu decretum fuerit a S. Sede (uti aliqui volunt) acceptari non debere nova Officia, nisi a Capitulo generali quum Magister Gen. juxta Constitutiones Apost. et Ordinis Praedicatorum possit solus facere id, quod ipse agere potest cum Definitoribus Capituli Gen.?

3. An stante acceptatione solius Magistri Gen., sit in facultate sibi succedentium Superiorum Gen., vel Capituli Gen., vel Superiorum inferiorum acceptare vel non praefatam Octavam solemnem et particulam: *Et Te in Conceptione Immaculata*, eo quod in Decretis concessionis datis die 10. Decb. 1843 nullum imponitur debitum, sed tantum dicitur „S. S. . . de speciali gratia benigne annuit juxta petita?“ Et in casu negativo,

4. An omnes Fratres et Moniales Ord. Praedicatorum adigentur celebrare Festum Conceptionis B. M. V. cum Oct. solemnem: et omnes Sacerdotes ejusdem Ord. ex praeepto pariter teneantur addere Praefationi Missae verbum: *Immaculata*, et dicere: *Et Te in Conceptione Immaculata*: ac idem servandum sit in omnibus utriusque sexus Ordinis Ecclesiis? Et si affirmative,

5. An hoc ipso praeepto adstringantur etiam ii omnes, qui sentiunt B. V. conceptam fuisse in culpa ori-

ginali et illi, qui jurejurando adiguntur ad sectandam doctrinam S. Thomae Aquinatis, supposito quod Angelicus Docto tenuerit B. V. incurrisse in anima culpam originalem?

6. In casu affirmativae responsionis ad IV. et V. Dub., quaeritur: an censendi sint agere ex contemptu ii omnes, qui propriae sententiae inhaerentes, vel praetextu insectandi doctrinam Angelici Praeceptoris, renuunt se submittere responsis S. S. ad praesentia, etiamsi tantum omittant in Praefatione Missae verbum *Immaculata*?

7. An Decreta a S. C. emanata et responsiones quaecumque ab ipsa propositis Dubiis scripto formiter editae, eandem habeant auctoritatem, ac si immediate ab ipso Summo Pont. permanerent, quamvis nulla facta fuerit de iisdem relatis Sanctitati Suae?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

Ad 1. „Posse juxta Decreta diei 14. Junii 1845 et allatam Rubricam“.

Ad 2. „Non indigere, ut ad proximum“.

Ad 3. „Non esse amplius in facultate“.

Ad 4. „Affirmative in casu proposito“.

Ad 5. „Affirmative et quatenus opus sit consulendum SSmo. pro absolute“.

Ad 6. „Ex praecedentis Dubii solutione consulant conscientiae suae“.

Ad 7. „Affirmative“.

Atque ita rescripsit die 23. Maji 1846. . . . S. S. rescripta a S. C. in omnibus et singulis adprobavit. . . . n. 5051 die 17. Julii 1846.

Occurrente fer. 4. tempor., 14. vel 15. Decb., 7. scilicet infra octavam et die 8. Concept. in 2. n. Officii octavae legantur LL. de parabolis Salomonis: *Ego Sapientia habito etc.*, quae ponuntur in I. n. festi s. Mariae

ad Nives et 9. I. de homilia 4 tempor., de eaque fiat commemor., in reliquis serventur rubricae. n. 2428 ad 4 die 19. Novb. 1667.

Vd.: *Officium B. V. M. in Sabb.*

4) Ritus.

Festum immacul. Concept. B. V. M. celebrandum est sub ritu dupl. 2. cl. n. 2428 ad 1 die 19. Novb. 1667.

5) Translatio.

Vd.: *Officium immacul. Conc. B. V. in Sabb.; Dedicat. Eccles.* (Off. etc. sub n. 3474); *Fest. Nom. B. V. M.* (decr. n. 5009); *Immac. Concept. B. V. M.* (dies festi.)

Datur specialis Rubrica pro Translatione Festorum Purificationis et Annunciationis B. M. V. quando occurrunt in Dominica privilegiata. Petitur: an etiam exstet aliquod privilegium aut Decretum pro Festo Concept. B. M. V., quando occurrunt in Dom. II. Adv., et celebratur sub ritu dupl. II. cl. tantum, vel an tunc sit transferendum in primam diem non impeditam, si IX. Dec. non sit libera?

Et Emus. ac Rmus. D. Card. Carolus Maria Pedicini Ep. Portuen. . . . rescribi mandavit:

„Nullum datur, sed petentibus conceditur ob peculiare circumstantias“.

Atque ita rescribi ac servari mandavit. n. 4921 die 22. Maji 1841.

Decretum Urbis et Orbis.

(Promulg. Romae 9. Aug. 1860.)

Postquam S. D. N. Pius IX. anno 1854 Dogma de Immaculata B. M. V. Conceptione, universo plaudente Orbe Catholico solemniter proclamavit, vetus Christi-Fidelium pietas erga splendi dissimum istud Deiparae privilegium, nova velut addita flamma, adeo exarsit, ut si hoc festum nequeat VI. Idus Decembris, quae propria est ipsius dies, ob occursum Dominicae II. Ad-

ventus celebrari, vehementer doleant diu quandoque protrahi debere. Communibus itaque Cleri populiue fidelis votis Sanctitas Sua satisfacere cupiens quod de duobus aliis Beatissimae Dei Genitricis festis, Purificatione et Annunciatione, a S. R. C. cautum est Decreto Urbis et Orbis diei 20. Julii anni 1748, ad Festum quoque Conceptionis extendere dignata est ac proinde jussit, ut quibus annis praedictum festum occurrerit in Dominica II. Adventus, transferendum sit in feriam II. immediate sequentem, quocumque festo etiam aequalis non tamen altioris ritus in eam incidente. Hoc autem decretum promulgari atque in generalibus Calendarii Romani Rubricis adjici voluit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Vd.: *Translatio festi 2. cl. in dom. privil. cadentis*, decr. n. 4175.

6) Vesperae.

Ad dubium: An occurrente festo s. Luciae die dominica et deinde translato ad diem Lunae 14. Decb., vespereae debeant esse integrae de Concept. cum comm. s. Luciae? S. C. resp.: Integrae vespereae recitandas esse de octava Concept. cum comm. s. Luciae et feriae. n. 2428 ad 2 die 19. Novb. 1667.

Ad dubium: An dies octava Concept. B. V. M. concurrens cum quocumque dupl. min. habeat integras primas et secundas vespereae? S. C. resp.: Affirmative. n. 3244 ad 1 die 11. Aug. 1691.

7) Vigiliae.

Ad dubium: An in pervigilio Immac. Conceptionis B. M. V. celebrare liceat post Nonam sine cantu Missam Vigiliae ejusdem pro Nostratibus approbatam? S. C. resp.: „Affirmative, sed conveniret melius cum cantu“.

Ad dubium: Quum pro Missa hujus Vigiliae Conceptionis Orationes sint desumendae ex Missa in pervigilio Assumptionis Deiparae, licetne Orationem sic dictam Secretam immutare seu praescriptae substituere aliam, cujus initium *Tua Domine propitiatione*, ex Missa votiva, quae aptior existimatur? S. C. resp.: „Negative, sed utendum Indulto“.

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad VIII. et IX. die 16. Aprilis 1853.

IMPERATOR.

De associatione in ejus Ingressu in Ecclesiam, vd.: *Laici*.

De Thurificatione, vd.: *Incensat. Laicorum. De Pace deferenda*, vd.: *Pax Laicorum. De oratione pro Imperatore in Parasceve*, vd.: *Oratio pro Imperatore*.

IMPOSITIO.

1) Manus Sacerd. infra miss.

Vd.: *Hanc igitur*.

2) Manus in Ordinatione Presbyter.

Vd.: *Ordatio ad Presbyteratum*.

3) SS. Sacramenti.

De orationibus ad impositionem SSmi., vd.: *Oratio post benediction. cum SSmo.; Missa pro expos. et imposit. SSmi.*

INCARNATUS EST.

1) Genuflexio ad altare.

Vd.: *Verbum caro factum est; Genuflex. chori infra Missam et Officium*.

Quando festum Annunciat. B. V. M. transferendum est, Sacerdos et Ministri ad „*Incarnatus est*“ in die translationis genuflectere debent. n. 2228

die 16. Junii 1663; n. 3590 ad 3 die 11. Junii 1701; n. 3754 ad 17 die 25. Sept. 1706.

Sacerdos genuflectere debet in missis priv. ad: *Incarnatus est etc.* unico genu. n. 4549 ad X. die 25. Aug. 1818.

NOTA GARD. AD HOC DECRET.

Etsi Rubrica Missalis simpliciter jubeat: *Cum dixit* (scilicet Celebrans): et Incarnatus est, usque ad: et Homo factus est, *inclusive, genuflectit*. Nec tamen declarat, num utroque genu vel unico faciendum id sit, nihilominus universalis Ecclesiae consuetudo ea est, ut unico genu hoc fiat; et ratio est, ut Celebrans sit ad surgendum expeditior. Ad hunc Rubricae locum Meratus inquit: *Genuflectit unico genu extendendo hinc inde digitos junctos et utramque manum usque ad pulsus extra Corporale super Altare ad facilius surgendum*. Quin imo etiam in die Natalis Domini et in Festo Annunciationis B. M. V. genuflectendum esse unico genu in Missis lectis Scriptores de re Liturgica docent et praxis Ecclesiae probat; quamvis in Missa solemnii ad illius versiculi cantum tam Sacerdos quam Ministri omnesque de Clero genuflectant utroque genu ac in genuflectione perseverent usque ad finem versus. Ita etiam Hagerer. in Ritu exacto servando in tit. 6. §. *in hoc Symbolo*: ubi agens de genuflectione ad verba: *Et incarnatus est etc.* haec habet, quod *in Missis privatis etiam in Festo Annunciationis B. M. V. et in tribus Missis de Nativitate Domini non utroque sed unico genu solummodo genuflectendum esse etc.*

Ad dubium: In Missa Solemni, dum Chorus cantat *Credo*, an, quoties ad verba: *Et incarnatus est*, usque ad ea: *et homo factus est*, Celebrans et

S. Ministri genuflectunt ante Altare, debeant simul caput inclinare, vel sufficiat sola genuflectio sine ulla capitis inclinatione?

Et S. eadem C. respondendum censuit:

„Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.“

Atque ita rescripsit, declaravit, indulsit servarique mandavit. n. 5050 ad 8 die 23. Maji 1846.

2) Genuflexio Caeremon.

Ad dubium: Utrum Caeremoniarius, quum ipse stet, Celebrantem monendi gratia de inclinatione facienda, in his verbis: — *Et incarnatus est* — genuflectere debeat? S. C. resp.: „Affirmative juxta Rubricam“.

Atque ita S. C. rescribere rata est propositaque Dubia declarare. n. 5208 ad 3 die 12. Aug. 1854.

3) Genuf. Cantorum.

Ad dubium: Utrum Chorales, dum in Missa solemnii bini et bini recitant *Credo*, debeant genuflectere in iis verbis: — *Et incarnatus est* — quum ipse Celebrans et Ministri genuflectant? S. C. resp.: „Affirmative juxta Rubricam“.

Atque ita S. C. rescribere rata est propositaque Dubia declarare. n. 5208 ad 2 die 12. Aug. 1854.

Vd.: *Genuflexio chori infra missam et Off.*

4) Genuf. in choro.

Ad „*incarnatus est*“ omnes, nec excepto Episcopo, teneri genuflectere, quandocumque stantes incidant in verba: *et incarnatus est*; tum si ab ipsis ore proferantur, tum si a cantoribus canantur, vel etiam si sedeant, *in ipsa Nativitatis die nec non Annunciationis B. V. M. festo*. Caeteris vero diebus

indiscriminatim *sedentes* omnes nemine excepto teneri caput detectum inclinare. Nec eo casu locum habere dispositionem Caeremonialis, quod caput inclinantibus Canonicis inferiores genuflectant. n. 1966 ad 2 die 15. Febr. 1659; n. 2817 ad 2 die 13. Febr. 1677.

Omnes de choro stantes, dum canuntur verba: *Et incarnatus etc.* genuflectere debent; *sedentes* vero genuflectere non debent praeterquam in Nativ. Dom. et in Annunciat. B. V. M., quibus diebus etiam *sedentes* genuflectere debent. n. 2637 ad 1—5 die 17. Junii 1673.

Ad dubium: Qui ad „*Incarnatus est etc.*“ genuflectere debeant et utrum etiam Sacerdos genuf. debeat; qui tunc temporis processit e Sacristia ad celebrandam missam aut ea finita redit ad Sacristiam? S. C. resp.: *Itantum de choro, qui stant, tenentur ad genuflectionem, non alii extra chorum; diebus tamen Nativ. D. et Annunciat. B. V. M. omnes de choro, etiam Celebrans et Ministri.* n. 2542 ad 4 die 13. Junii 1671.

Ad dubium: In Caeremoniali Ep. art. de Missa Pont. legitur, quod Canonici sedere debeant ad verba: *Et incarnatus est*. Quaeritur: an hujusmodi praescriptio comprehendat omnes Canonicos etiam simplici habitu choralis indutos, aut eos tantum, qui s. Paramentis induti sunt?

Et S. eadem C. . . . rescripsit:

„Ab omnibus, qui sunt in Choro, sedendum, praeterquam in diebus Nat. D. et Annunciationis B. M. V., in quibus ab omnibus est genuflectendum“.

Atque ita rescripsit declaravitque. n. 5121 ad 2 die 22. Jul. 1848.

Quum S. R. C. Anno 1848 sequens Dubium pro opportuna declaratione proposuerit Rmus. Adiacen. Episcopus: „In Caeremoniali Episcoporum articulo de Missa Pontificali legitur,

quod Canonici sedere debeant ad verba: „*Et Incarnatus est*“: Quaeritur: an hujusmodi praescriptio comprehendat omnes Canonicos etiam simplici habitu choralis indutos, aut eos tantum, qui s. Paramentis induti sunt?.

Et S. eadem C. rescripsit eodem Anno die 22. Julii: Ab omnibus, qui sunt in Choro, sedendum praeterquam in diebus Nativitatis D. et Annunciationis B. M. V., in quibus ab omnibus est genuflectendum? Rmus. Rhedonen. Episcopus super hoc ipso Dubio duplicem postulationem proposuit ac declarari ab eadem S. C. postulavit:

1. An hujusmodi responsio sit authentica?

2. Utrum in casu ab omnibus qui sunt in Choro sedendum, etiam si non sint Canonici, sed simplices Sacerdotes Superpelliceo et Cotta induti?

Et S. eadem C. . . . respondit:

Ad 1. „Affirmative“.

Ad 2. „Ab iis, qui non sunt Canonici, Negative, nisi adsit contraria consuetudo“.

Atque ita rescripsit propositisque Dubiis respondere censuit. n. 5218 Die 21. Julii 1855.

Ad dubium: In Cathedralibus Ecclesiis, in quibus Chorus extat post Altare, quando canitur Missa non ideo Pontificalis, vel coram Episcopo, Canonici, qui propter Cantorum defectum cum reliquis cantant et ideo inter se alternatim bini et bini submissa voce dicunt Symbolum Apostolorum, sed omnia quacumque genuflectione immediate sedent; Quaeritur: an eis sedere liceat etiam ad illa verba: *Et incarnatus est*, ut legitur in Caeremoniali Episcoporum?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Genuflectere debere dum Celebrans recitans Symbolum genuflectit et canendo adstare legili“.

Et ita rescripsit. n. 5177 ad 1 die 25. Sept. 1852.

Vd.: *Venite adoremus* (genuff. decr. n. 4072.)

5) Genuff. Laicorum.

Ad dubium: An Magistratus saecularis sive Jurati Maioricensis assistentes missis pontif. in Cathedrali ad „*Incar-natus*“ debeant genuflectere? S. C. resp.: Stantes genuflectere debent; Sedentes vero inclinare caput. n. 2789 ad 2 die 13. Junii 1676.

INCENSATIO.

1) Altaris.

Vd.: *Altare* (incensatio); *Incensum* (quando non adhibet).

Ad dubium: An exposito publicae venerationi SSmo. liceat post thurificatum altare ad Magnificat, thurificare etiam altare S. Francisci ac ipsius statuam ab altari disjunctam?

S. C. resp.: Negative. Die 4. Aug. 1708 ad 2. *In Parmen.*

2) Celebrantis cor. SSmo.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 12 etc.; *Lavabo coram SSmo.* (decr. n. 4669.)

Celebrans semper triplici ductu thurificare debet, vd.: *Incensatio Cleri* (ductus; decr. n. 2912 et decr. de die 9. Maji 1606.

3) Cleri.

Vd.: *Canonici Cath. et Colleg.*; *Episcopus*; *Assist.*; *Diaconi assist.*; *Paroch.*; *Suffraganeus.*

a) Debetne fieri?

Ad dubium: An in missa sol., quando chorus existit in loco superiori et ab altari remoto, debeat incensari a thuriferario, postquam Diaconus Subdiaconum thurificavit? S. C. resp.: Si chorus existat intra ambitum et aream

Ecclesiae, affirmative; si autem in loco, ad quem accedere nequeant, nisi exeundo ab Ecclesia, negative. n. 4305 ad 22 die 18. Decb. 1779.

Ad dubium: Quando contingit celebrari Missam Solemnem in Altari laterali, esine tunc Chorus existens post Altare majus incensandus?

„Affirmative, quia Chorus interveniendo Sacerdoti respondet et ideo etiam ad osculum pacis est admit-tendus“.

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad 28 die 16. Apr. 1853.

Quando missa canitur sine ministris non potest thurificari altare et chorus, ut alias fit, quando ministri adsunt. n. 1627 ad 3 die 19. Aug. 1651; die 22. Jan. 1701 ad 12.

Vd.: *Incensum* (quando non adhib.)

b) Capite nudo.

Omnes, qui incensantur, non excepto Governatore, stare debere nudo capite. n. 3092 ad 2 die 28. Julii 1685.

Non licere Canonici Ecclesiae Cathedralis Fani, recipere thurificationem capite cooperto pileolo; ideo abusum in contrarium removeri jussit S. R. C. Die 21. Nov. 1665.

Vd.: *Pileolum* (in thurificatione); *Canonici Cath.* (incensatio.)

c) Cor. exp. SSmo.

Thurificationem Cleri tum exposito super altari SS. Sacramento per octavam corp. domini consueto more peragendam. n. 2194 die 20. Novb. 1662.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. 17.

d) Ductus.

Ad dubium: An in missis et vesperis solemnioribus, quae celebrantur

thurificandos. n. 256 ad 2 die 11. Decb. 1604.

e) Ordo.

Thurificationem incipiendam esse a parte digniore, ea vero ordine successivo absoluta continuandam esse ab altera parte, facto initio a digniore illius partis. n. 1477 die 26. Sept. 1643; n. 2377 die 26. Junii 1666.

Thurificationem in Ecclesiis, in quibus servatur alternativa Chori respectu Canoniorum, ab ea parte inchoandam, in qua Chori Tabella appensa reperitur. n. 1737 die 14. Novb. 1654.

Extra chorum existentium neminem thurificari debere. n. 1797 die 8. Apr. 1656.

Thurificato Vicario in choro assistente debent thurificari Canonici sedentes in eadem parte post Vicarium. n. 1921 die 7. Sept. 1658.

Secundam Dignitatem vel immediate post primam in eadem chori parte sedere debere, si vult immediate thurificari, vel, si alias eligat digniorem sedem in parte sinistra, post Canonicos existentes in dextera se thurificari sinat. n. 2028 die 24. Jan. 1660.

Absente Episcopo a choro thurificationem incipi . . . debere a digniori stante in parte digniori a choro, non autem a parte throni Episcopi, si non adsit dignior. n. 2447 die 15. Sept. 1668.

Ad dubium: Absente a Choro in aliqua ex s. Functionibus prima Capituli Dignitate, thurificatio debet necne incipere a parte, in qua Dignitas ipsa sedere solet, vel potius praefereendus semper sit Canonicus dignior inter Choro praesentes, nullo habito respectu ad locum, in quo ipse sedet?

Et S. eadem C. . . . rescripsit:

„Thurificationem esse semper incipiendam a parte, in qua sedet Hebdomadarius“.

in Ecclesiis parochialibus, in incensatione Celebrantis Ministrorum et Parochorum, qui intersunt, *Celebranti triplici ductus, Diacono et Subdiacono et Parochis duplex ductus debeat*? S. C. resp.: *Affirmative*. n. 2912 ad 3 die 24. Febr. 1680.

Solus Celebrans thurificari debet *triplici* ductu, caeteri omnes, etiamsi sint Archipresbyteri, Archidiaconi aut Canonici, duplici tantum ductu thuribuli. Et S. R. C. sententiam et opinionem praedictam Magistrorum Caeremoniarum SS. D. N. Papae approbavit et exequi mandavit.

Die 9. Maji 1606. *In Patavina.*

In Ecclesiis Cathedralium Indiarum, ubi Praebendae non distinguuntur in diaconales et subd. neque adest notabilis numerus Canoniorum, Capellani de choro Pluvialibus indui et in omnibus missis sol., quotiescunque Pluviali sunt induti, duplici ductu thurificari debent. n. 3551 ad 20 die 13. Mart. 1700.

Archipresbyteri alique de Clero Ecclesiarum parochial. (civitatis s. Silverii) intervenientes in Cathedrali duplici ductu thurificandi sunt. n. 4262 ad 4 die 18. Decb. 1756.

Clericos Parochialium Ecclesiarum unico tantum ictu thuribuli thurificandos esse. n. 468 die 19. Jan. 1613.

Canonici duplici ductu, caeteri vero de Clero unico ductu thurificandi sunt. n. 479 die 11. Decb. 1613; n. 518 die 30. Jan. 1616.

Presbyteri participantis Cathedralis Trivent., qui habentur tamquam veri Capitulares et sunt de corpore Capituli et aequiparantur in omnibus et sunt aequales Canonicis, non debent duplici ictu thurificari sicut Dignitates et Canonici. n. 2248 ad 5 die 4. Aug. 1663.

Episcopum triplici ductu esse thurificandum, Syndicos vero et alios Episcopo inferiores esse duplici ductu

Decreta authentica.